



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.**

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè explicantur.

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetii, 1647**

De Defectibus in Officio diuino contingentibus. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9521**

Sot. libr. 10. de inst. quest. 5. art. 3. quem sequitur Bonac. disp. 1. quest. 2. punct. 2. num. 3. nisi sint in ordine sacro, ibidem. Volunt autem eiusmodi reos teneri. Nauarr. cap. 7. num. 20. Azor. cap. 6. quest. 7. &c alij, quibus consentio.

11 Incipit in his obligatio ab hora, qua professionem votorum solemnem emiserunt, ut in similibus dictum est supra num. 5. & 9.

De defectibus in Officio diuino continentibus. Cap. V.

**R** Euocari possunt defectus omnes in hac materia ad nouem Titulos, nempe, omissionem, mutationem, intentionem, attentionem, prolationem, tempus, locum, ordinem Horarum, & interruptionem, de quibus hoc loco breuissime, & quasi per Aphorismos. Fusiūs ad hæc stimulos addit, hoc est, rationes, & argumenta ad perfectum Hymnodiae usum. Anacletus Siccus nostræ Congregationis in libro edito de Ecclesiastica Hymnodia, cantibus in choro valde utile, & propè necessario.

De Omissione. Tit. I.

**Q** Votidiana recitandi Officii diuina obligatio cœpit Anno Domini 540. ex Sigeberto in Chronicis. quare, qui totum officium vnius diei omittit, etiam absque contemptu, sine iusta causa per solam negligentiam, peccat lethaliter. Nauarr. cap. 7. num. 1. & est communis; vnumque peccatum est, sed grauius, si vnicula voluntate omisit totum. ibidem num. 6. at in Subdiacono, & Beneficiario simul, est duplex peccatum, ob duas obligationes, Ordinis, & Beneficij, quod & in sequentibus nota. DD. apud Bonac. loco cit. quest. 5. punct. 1. num. 4. non autem, si plura habeat beneficia, vt diximus supra cap. 4. num. 6. sub

3 Idem dic de eo, qui omittit Horam integrum. Nauarr. loco citato numero 1.

4 Idem de eo, qui omittit Horæ partem notabilem. Nauarr. num. 4. quam idem ex S. Antonino docet esse tertiam horæ partem, ibidem. Alij putant medietatem horæ parvæ, apud Bonacim. loco citato num. 2. censet Ioann. Petrus Moneta nostri Ordinis, de distribut. part. 2. questione 3. num. 33. decimam partem esse notabilem. Placet mitior Lessij Bonacini. scientia, Horam parvam integrum tantum esse materiam peccati mortalis, & infra eam esse ita modicam quamcumque partem, vt Ecclesia non credatur ob eam facere velle reos ignis æterni.

5 Qui omittit Officium in primis sex mensibus ab adepta possessione beneficij, licet non amittat fructus, peccat tamen. Pius Quintus in Bulla aperié, Ex proximo Lateranensi.

6 Excusatur primò ob infirmitatem corporis iudicio Medici. Nauarr. capit. 21. num. 16. & si res est adhuc dubia, accedat assensus Superioris, Sotis libro 10. de inst. quest. 3. Neque tunc tenetur audire alium recitantem, Nauarr. cap. 11. num. 6. quod intellige de impotentia ad totum officium, vel ad maiorem partem eiusdem, in quibus casibus ad nihil tenetur; si verò potest recitare maiorem partem, vel æqualem, excusatur tantum à minori, vel à equali, quam non potest. Sanchez in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 2. Secundò, excusatur, si cum socio non potest recitare, quem non habet. Nauarr. num. 13. quodd si bonam partem memoria teneat, eam recitet. num. 15. Tertiò, infirmus, qui non facile socium habet, quo cum possit sine sui præiudicio recitare, num. 19. idem Nauarr. Quartò, grauius occupatio excusat, quæ omitti nequit, neque differri sine aliorum offensione, & ea est ad longum tempus, vt desit tempus ad recitandum. Nauarr. num. 34. Quintò, iusta occupatio in Choro, querendi Psalmos alijs, incendi &c. Sanctus Antoninus. part. 2. tit. 9. capit. 12. §. 3. cum Nauarr. cap. 11. numero 36. Sextò, non excusat autem peregrinatio suscep-

suscepta legitimè, *Nauarrus* num. 33. neque studium literarum, etiam si per substitutum seruiatur Ecclesiæ, *idem* nu. 31. Septimò, ob carentiam Breuiarij, etiam ex culpa, à qua non excusat, tamen ab officio excusat. *Azor. cap. 13. quæst. 16.* An verò à toto, vel à parte excusat, eadem dico, quæ suprà de infirmo, & cœco. Octauò, ignorantia regularium officij excusat, licet peccet, qui suscipit ordinem, vel beneficium cum hac ignorantia. *Nauar. num. 20.* nisi bona fide suscipiat, se statim cum alio recitaturum. *Azor. quæst. 18.* Nondū, metus mortis excusat, si ab hostibus Ecclesiæ periculum vite immineat, *idem Azor. quæst. 19.* Decimò, si absoluatur à Papa, non tenetur recitare, *Nauarr. cap. 11. num. 31.* ab Episcopo non potest absolu. *num. 24.* Potest autem religiosus, vt religiosus, non teneri, ex dispensatione Superioris, vt, ex causa studiorum, vel alia iusta; quia potest Superior in legibus Religionis dispensare: *Lessius cum Bonac. disp. 1. quæst. 2. punct. 2. num. 9.* Superiori intellige supremum, ait Bonac. Denique renuitas beneficij non ultra octo ducatos, ex quadam æquitate, Confessarij prudentis arbitrio, excusare potest à quotidiana officij recitatione, dummodo diebus festis recitetur. *Homobon. noſter tract. 4. c. 5. quæst. 33.* quod & concedunt alij apud *Mollesius* in *trac. 5. de hor. can. cap. 3. num. 26.* quando non excedit sexdecim ducatos.

De mutatione Officij diuinij.

*Tit. 2.*

1 **S**acra Rituum Congregatio respondit, non esse relinquendum officium debitum pro alio officio deuotio- nis. die 29. Nouemb. 1603.

2 Episcopus Regularis debet officium recitare iuxta ritum suæ Diœcesis, non regule, & occurrente festo Regule in festo Diœcesis, hoc præferti debet. ita censuit Sacra Rituum Congregatio 11. Iunij 1605.

D. Barth. Gauant. Tom. II.

3 Cappellani Episcopi, qui cum eo recitent officium, debent se illi conformare, eadem Congregat. *die eadem.*

4 Qui sunt de gremio Ecclesiæ; debent recitare officium, quod in Choro dicitur, & licet extra Ecclesiam, vel Diœcesis morentur, decet eos recitare officium proprium Ecclesiæ ipsorum, eadem Congreg. *die 8. Septemb. 1602.*

5 Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, & eiusdem seruicio, non tamen obligati Choro, & quicumque alij Clerici sacerdtales, Regulares in Ciuitate, vel Diœcesi commorantes, non teneantur recitare officia propria Sanctorum illius Diœcesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in Choro. eadem sacra Congregatio die, quæsupra 8. Sept.

6 Festum Patroni principalis loci tenentur omnes cum officio de eodem, etiam Regulares, celebrare; non autem octauam Regulares, vt censuit sepius eadem Sacra Congreg. & postremo 27. Maij 1628.

7 His casibus exceptis, & alijs, qui habentur aperte in Rubricis, seu Decretis Sacr. Congreg. De quibus nos infra suis locis; non licet mutare officium vnuus diei in Breuiario Romano præscriptum in officium alterius diei; & qui mutat, præcepto non satisfacit. *DD. apud Bonac. in. quæst. 3. punto 1. num. 17.* O fuisse probat Hieron. Onuphrius in aureo hac dere opusculo Bononia edito; quod, ne unquam pereat, dabitur in calce huius Voluminis: tum quia I-ius V. in Bulla non modò præcipit substantiam, sed etiam modum, & formam Horarum Canonum quia motus ille suus, grauissime fert varietatem orandi, & *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 23. nn. 12. & 14.* ita improbat mutationem, vt si fiat, sine causa rationabili, improbabilem eam esse mutationem prorsus existimet. Addit Bonac. num. 19. neque Episcopum possit hanc præscribere mutationem: quod intellige cum *Suar. loco. citato cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 17.* si ab Episcopo id fiat ex lege, aut quasi permaneret, quod, ait, ad Papam spectare. Quod si mutatione

A ; fiat.



fiat, etiam ex inaduerteretia debent omis-  
sa suppleri. *Tolet. in summ. lib. 2. cap. 13.*  
*num. 6. & Bonacina num. 18. loco citato.*  
quare in hac re non audiendus *Sylv. V.*  
*Hora quæst. 12. qui ante Pium Quintum*  
vixit, neque *Nauar. qui caput. 19. num.*  
*217. ante Pium scribens permisit, si raro*  
mutatio fiat.

8 Sed neque fieri potest mutatio ritus,  
ut scilicet duplice ritu celebretur Festū,  
quod alijs simplici sub ritu, vel semidu-  
plici decretum est. *Dôtores qui supra.*  
Et sacra quidem Congr. Rituum die  
23. Novemb. 1602. decreuit, quod de  
Sancto cuius insignis Reliquia habetur,  
fieri potest Officium duplex minus in-  
eius festo; dummodo sit Reliquia appro-  
bata, ea proflua regula, qua Greg. XIII.  
die 30. Decemb. 1573. in Bùlla, quam af-  
fert Genuensis in praxi Neapolit. cap. 65.  
in 3. edit. 1616. concesserat Ecclesijs His-  
paniarum festa sanctorum naturaliūm,  
& quorum reliquias insignes haberent,  
sub ritu duplice celebrare posse; licet in  
Breuiario non existenter, vel minori ti-  
tu haberentur. Vide infra sect. 3. cap. 3.  
num. 5.

9 Denique eadem Sacra Rituum Cö-  
greg. decreto edito die 8. Aprilis 1628.  
Rubricis Breuiarij nunc addito, & ap-  
probato à Sanctiss. D. N. Urbano Octa-  
uo, censuit, & re mature discussa decre-  
uit, non potuisse, neque posse locorum  
Ordinarios tam seculares, quam regula-  
res addere Calendarijs etiam proprijs  
(quod idem est, ac mutare Calendarium  
Romanum) Sanctorum Officia, nisi ea  
dumtaxat, que Breuiarij Romani Ru-  
bricis, vel Sacre Rituum Congregatio-  
nis, seu Sedis Apostolicae licentia conce-  
duntur; sub pena, quod non fiat satis ob-  
ligationi recitandi dicti Officii, & con-  
sequenter non faciendi à clero fructus  
suis beneficiorum.

10 Et multo minus adhiberi possunt  
officia festorum alia à Sacra Rituum  
Congregatione non approbata, que in  
predicto Decreto eadem merito telecit,  
& damnauit, & pro reiectis, & damna-  
tis habeti voluit, & præcepit; sub poenis

contentis in Indice librorum prohibito-  
rum ex Decreto Conc. Trident. edito, &  
impresso; hoc est, vt, prater peccati mor-  
talis reatum, quo afficitur ille, qui pre-  
dictis vtitur, iudicio Episcoporum secur-  
e punitur; quod expresse habetur in  
Regula 10. in fine, & in Bulta. Pij IV. 24.  
Mart. 2564. pro eodem Indice data.

11 Neque item potest Episcopus ex-  
tendere officium, quod fieri solet in Ci-  
uitate ad suam D.œcem. contra Decre-  
tum hac de re à Sac. Rit. Congregat. die  
16. Ianuarij 1607. & consequenter mul-  
to minus officium, seu lectiones appro-  
baras pro vna Ecclesia, illud, vel illas ex-  
tendere ad alienas Ecclesias, siue cleri-  
vum. Habet hoc idem in Decretis Sacr.  
Congregat. Rit. in Breuiario appositis.

12 Atque in predictis num. 8. & 9. stri-  
ctim est accipieendum nomen, Sancti, hoc  
est, canonizati ab ecclesia, seu per im-  
memorabile tempus habitu profancto,  
cui tantum publicus, & vniuersalis con-  
ceditur cultus à Glosa in cap. vnic. de re-  
liq. & vener. SS. in 6. §. sedis Apostl. ver-  
dictum. quam sequitur *Cassaneus in ca-*  
*tal. glor. mundi part. 3. confid. 46. §. adverte-*  
erenim sedes Apostolica, quoad locum,  
tempus, ritum in Beatorum cultu limita-  
te procedit; veluti nuper de B. Rocho  
nondum canonizato concessit officium,  
& Missam in ecclesijs tantum eius no-  
mine dieatis, & in èremitorij eiusdem  
habentibus requisita ecclesiarum, per  
sacram Rituum Congr. die 26. Nouemb.  
1629. quod ideo monui, quia, licet in  
Martyrologio recenseantur, non tamen  
in rigore appellantur Sancti: & ibidem  
multi dicuntur Beati, qui nondum fuere  
canonizati. illud enim verum est, quod  
quilibet Sanctus dicitur Beatus; non è  
contra, Beatus dici potest Sanctus, nisi  
impropriè & abusiuè.

#### De intentione Officij diuini. Tit. 3.

1. *Vfficit intentio implicita orandi*  
*Deum. Nauarr. cap. 13. num. 15.*  
& habetur in sola Breuiarij acceptione,  
vt reciteretur officium.

2. Qui

2. Qui recitat principaliter ob lucrum distributionum, seu fructuum, siue intentionis actualis, siue virtualis, peccat. *Nauarr. de orat. cap. 6. num. 15.*

3. Ille item religiosus peccat, qui principaliter citat ob timorem penarum à superiori irrogandarum, vel alios fines minus bonos. *Nauarr. ibid. num. 19.*

## De attentione Officij diuini. Tit. 4.

1. **Q**ui non attendit ad verba, vel ad sensum verborum, vel ad finem in oratione propositum, peccat; & duæ primæ attentiones singillatim sufficiunt. *Sanctus Thom. 2.2. quest. 83. art. 13.* neque meliorem tenetur querere, ait *Suar. tomo 2. de relig. lib. 3. c. 4. num. 9.*

2. Qui recitat sine attentione actuali, vel virtuali, peccat mortaliter, nec habitualis sufficit, quæ absque ullo voluntatis actu non raro contingit. *Azor. cap. 12. q. 1.*

3. Qui voluntariè distractus, alia faciens: quæ attentionem impedianc, scribendo, pingendo, & similia faciendo, peccat. *Azor. quest. 3. ex cap. dolentes, vbi præcipitur attentio interior, & exterior; non tamen tenetur repeterere, quia, licet male, soluit tamen debitum. Cordub. in suis quest. lib. 4. quest. 13. ad fin. putat Azor oppositum esse verius, quest. 6. & addit Nauarr. cap. 20. num. 32. teneri, ac si non recitasset; ad restitutionem fructuum; quod nobis magis placet.*

4. Qui recitat, dum vester induit, exiit, faciem lauat, &c. peccat venialiter. *Nauarr. num. 32.*

5. Qui attentione quidem recitat, sed in animo habet non satisfacere precepto, tenetur repeterere. *Nauarr. cap. 16. n. 74.*

6. Qui tantum legit preces Horarias, & non orat, minime satisfacit. *Nauarr. c. 13. num. 15.*

7. Qui recitat Officium, & simul audit Missam, satisfacit; peccat tamen venialiter, ex Caiet. in Opusc. tom. 2. tract. 4. negat *Nauarr. cap. 16. num. 71.* si iusta sit causa. At concordant omnes, nullum esse peccatum, si recitat, quando Sacerdos Missa secreta dicit.

8. Qui recitat cum alijs, satis est, si attendente audiatur verba plurium, non singulorum, ac si ab uno tantum dicerebantur. *Azor. cap. 7. quest. 7.*

## De Prolatione officij diuini. Tit. 5.

**Q**ui recitat solus, satis est, si verba ita proferat, vt se ipsum percipiat, & intelligatur; neque sufficit, si in gutture tantum pronunciet, sed linguam, & labia vere moueat. *Nauarr. cap. 20. n. 14.*

2. Qui verba diminuit, & detruncat, syncopat, & transcurrit (nisi vitio lingue, vel consuetudine quadam quasi ingentita fiat) peccat faltem venialiter, nec tenetur repeterere. *Azor. cap. 7. quest. 11.* & probat fuisse.

3. Qui recitat cum socio, satisfacit, siue ille sit obligatus ad officium, siue non; & satis est, si attendat ad Antiphonas, Capitula, & Orationes, quæ socius solus dicit. *Nauarr. cap. 10. num. 16.* Idem dic de lectionibus. *Azor. cap. 7. quest. 9.* In Psalmis autem & Hymnis recitandis, caue, ne si plures socii sint, alio modo dicantur, quam alterius versibus ad modum diuinorum partium Chori, ex usu communis Ecclesiæ, alioquin non sit satis, ait *Suar. lib. 4. cap. 25. num. 3.*

4. Qui in Choro destinatus ad cantum non cantat, non satisfacit. *Nauarr. Missell. 79. de orat. cap. 10. n. 47. ex Trident. sess. 24. cap. 12.* vbi de Canonis loquitur. Constitudo contraria in Canonis, qui per alios cantant, vbi moribus gentium sit recepta, siue continuata post Bullam Pij V. potest excusare a cantu. *Azor. cap. 11. quest. 6.* Videant tamen Episcopi, ne sit abusus, & dum per organum sonatur versus, dicatur hic ab aliquo, ut abstantibus audiatur. *Suar. tomo 2. lib. 4. cap. 8. num. 7.*

5. Ad exactam prolationis formam, & praesertim in Choro, valde iuvat cognitio verborum Grammaticalis, quædam corripienda sint, aut producenda: Et quia rudioribus etiam sum ego debitor, addidi, ad calcem huius operis, eorum verborum notulam, quæ in Breuiario

A 4 Ro-

Romano sparsim habentur, & in quibus plurimi hærente possint, & solent: licet in Breuiario ipso nuper edito suis locis eadem iam adnotauerimus.

*De tempore Officij diuinij.  
Tit. 6.*

**D**icitur Francol. de hac resuissime, & par. i. cap. 10. præcium tempus cuiusque Horæ recitandie debitum, esse intra spatum Horæ dici sibi respondentis, non extra illud, & cap. 21. Primam in prima diei hora, Tertiam in tercia, Sextam in sexta, Nonam in nona, Vesperas in undecima, Completorium in duodecima recitandas esse; Matutinum autem post medium noctem, auroram versus, sumitque ille horas cum latitudine.

A media nocte antecedentis diei incipit tempus recitandi Officij, & perseverat usque ad medium noctem sequentis inclusuè. Est communis apud Bonac. disp. 1. quest. 3. pun. 3. num. 2. ita ut ultra medium noctem sequentis dici Officium præcedentis non valeat. Nauarr. cap. 3. num. 54.

**3** Qui variat intra dictum tempus notabiliter horam à sacris Canonibus præscriptam, peccat venialiter. Bonac. loco cit. num. 4. nisi iusta causa excusat, que est maior deuotio, vel periculum probabile futuræ occupationis. idem num. 5. Quare nec tenetur repetrere, num. 6.

**4** Consuetudini in hac re standum est potius, quam iuri scripto. Azor. quest. 8. in 2. obiect.

**5** Satis est etiam anteponere, quam postponere. Azor. cum communi cap. 9. quest. 3.

**6** Matutinum, & Laudes ex iusta causa possunt recitari in Vesperis præcedentis diei, puta, ut deuotius orer, vel studijs mane operam det, vel quia non poterit mane ita commodè recitare. S. Thom. quodlib. 5. art. 28. & communis. & post Completorium satis est expectare tertiam, vel quartam horam post meridiem. S. Th. ibid. & alij apud Bonac. loc. cit. num. 16.

non ante horam vigesimam numero 17. Azor. autem docet cap. 9. quest. 5. non ante 21. æstate, nec hyeme ante 22.

**7** Prima ante solis ortum, vel paulò post. Tertia aliquantulum post ortum. Sexta paulò post. Nona prope prandium. Vesperæ, & Completorium post prandium. Tolet. lib. 2. cap. 23. sed excusat ab omni peccato ille, qui recitat primam cum Tertia, Sexta, & Nona simul, duabus, vel tribus horis post Solis ortum. Bonac. loco cit. num. 9.

**8** Qui verò differt Matutinum sine causa ad Vesperas, vel anticipat Completorium ante prandium, nimis notabiliter variat tempus; & peccat venialiter. Bonac. ibidem.

**9** In Choro statæ horæ sunt obseruandæ magis, quam in priuata recitatione. Nauarr. cap. 3. num. 63. & alij cum Bonac. num. 7. qui tamen cum Caetano, secluso scando, censeret non peccare mortaliiter eos, qui extra statas horas in Choro recitant; & ibidem addit, posse ob processionem, vel concionem mutari horam, si quod est peccatum, imputant superiori potius, quam Canonis, paratis tamen ad obediendum.

*De loco diuinij Officij. Tit. 7.*

**1** **V**bique recitari potest priuata. Azor. lib. 10. cap. 11. quest. 8. modo non impediatur attentio. Nauarr. cap. 21. num. 32. & locus sit decens, ex Molfes. tract. 5. c. 2. num. 80.

**2** In Choro vero tenentur recitare, qui Choro sunt addicti ex iustitia, iuxta institutionem beneficiorum, & consuetudinem locorum, nisi aliud cogat necessitas, ut hyemis tempore in Sacristia, vel adit confuetudo legitima, vel priuilegium Papæ, vel Fundatoris institutio. Bellarm. in lib. de bon. oper. cap. 18. vers. locus, & DD. communiter.

**3** Vnde Canonici, qui ultra tres menses à Tridentino permisso notabiliter, hoc est, pluribus diebus, ultra quatuor, à Choro absunt, per se loquendo mortaliter peccant, ut sibi Bonac. disp. 2. q. 1. p. 2. num. 1.

num.1. Neque possunt alios sibi substi-  
tuere, *ibidem punct.4. num.1.* nisi con-  
suetudo legitima, vel priuilegium adsit,  
ait *Moneta noster de distrib. p.2. quæst. 14.*  
*num.20. & 42.* An teneantur adesse in  
habitu Canonicali, *Vide Monetam*  
*ibid. quæst. 19. ad finem.*

4 Fieri etiam potest, ut consuetudine  
immemorabili, vel sufficienter prescri-  
pta Canonici, quorū fructus sunt tenues,  
non teneantur quotidie ad Chorum. *Bo-  
nac. disp. 1. quæst. 2 punct. 5. num. 14.*

5 Episcopi per se loquendo non sunt  
addicti Choro. *Bonac. ibid. n.9.*

6 Parochi de iure antiquo tenebantur,  
nunc minimè ad publicam recitationem  
Officij in Ecclesia, & hoc de consuetu-  
dine ferè vniuersali, & communiter re-  
cepta, exceptis Vesperis in diebus festis,  
*ex Suar. & Bonac. loco supra cu. n.12.*

7 Multò minus Cappellani teneantur ad  
Chorum, quibus ex fundatione non in-  
cumbit hæc cura. *Bonac. num. 13.*

8 Regulares addicti Choro non tene-  
ntur ad Chorum, nisi ex vi regulae; & ideo  
non sub peccato mortali. *Catec. V. Hora  
Canon. & Bonac. loco cit. q.2. punct. 2. n.8.*

*De ordine diuini Officij. Tit. 8.*

1 **Q** Vi sine iusta causa peruerit or-  
dinem Horarum, peccat venia-  
liter; iusta vero causa est, obliuio; inad-  
uertentia, ut Chorus iuuerit, vel aliis, ad  
dicendum Officium. *Azor. cap. 10. q. 1.*  
*ex Nauarr. cap. 3. n. 65.*

2 Pernuersio eiusdem horæ, secluso  
contemptu, & scandalo, ex iusta causa  
excusari potest ab omni peccato. *Bonac.  
disp. 1. q. 3. punct. 4. n. 5.*

3 Grauior autem erit culpa, si in Cho-  
ro perueritur ordo. *Suar. lib. 4. cap. 11.  
n. 10. & alij.* qui putant esse ex suo ge-  
nere culpam lethalem, negat *Bonac.*  
*ibid. n. 5.*

*De interruptione diuini Officij.*

*Tit. 9.*

1 **Q** Vi diuidit Maturinum à Laudi-  
bus, nocte tota interposita, non

peccat. *DD. apud Bonac. disp. 1. q. 3. punct.*  
*3. n. 11.* Azor. vult esse veniale sine causa;  
*cap. 8. q. 4.*

2 Qui diuidit nocturnum à nocturno  
per horam unam, plurescum cum iusta  
causa, non ultra tres horas, non peccat.  
*DD. apud Bonac. n. 13. contra Azorium lo-  
co citato.*

3 Qui diuidit Horam parvam, vel  
Psalmum ex causa, non peccat. *Azor. q. 5.*

4 Interruptio ad longum temporis spa-  
tium probabilius obligat ad repetitionem.  
*Nauarr. cap. 16. num. 7. 5.* Ad breue tem-  
pus, etiam ad locum, vanosq; sermones,  
non obligat. *Nauarr. num. 75. & cap. 10.  
num. 42. & cap. 16. num. 66.* At in utroque  
casu non esse repetendum, docet cum  
alij *Bonac. sup. punct. 2. §. 1. num. 28.* Pec-  
cari saltem venialiter, sine iusta causa, est  
dicendum. *num. 30.*

5 Qui interrumpit animo continuandi,  
ut aliud agat, non tenetur repetere  
immo nec ille, qui animo repetendi, &  
postea non repetit. communiter. *DD.  
apud Bonac. n. 31. contra Nauar. & Azor.*

*De penitentia circa diuinum Officium.*

*Cap. V I.*

1 **B**eneficiarij habentes onus recitan-  
di diuinum Officium titulo bene-  
ficij tenentur etiam ante iudicis senten-  
tiā ad restitutionem fructuum pro rata  
omissionis Officij, si, el aplis sex mēsibus,  
post obtentam beneficij possessionem,  
officium culpabiliter non recitauerint,  
etiamsi alio die pensum prætermissum  
supplere conentur, nisi forte pars omis-  
sa sit leuis. *Bonac. explicat.* & probat sin-  
gulas huius axiomatis partes, *disp. 1. qu. 5.  
punct. 2. toto.*

2 Rata omissionis, & restitutionis est,  
ex Pij V. Bulla, ut pro toto Officio unius,  
vel plurium dierum restituantur fructus  
beneficij, seu beneficiorum, qui illi, seu  
illis diebus responderent, si quotidie di-  
uidarentur pro Matutino dimidiā par-  
tem fructuum: pro cæteris horis simul  
aliam dimidiā: pro unaquaque hora  
sextam partem unius diei restituantur.

3 Qui